



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

ix An celebrans debeat stare capite discooperto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

em̄ est actualis. quando scz actualiter voluntas prompte se tradit diuino obsequio. vel mens actualiter feruet in dilectione. Aliq est virtualis. vt cum ex actuali z preuia deuotione relinquatur q̄dam virtus que ad actus sequentes concurrat. Circa actualē deuotionem duo sunt consideranda. scilicet deuotio ipsa. z conatus ad acquirendam eam. Circa officium misse etiam duo attendenda sunt. scilicet misse celebratio. z ad celebrandum debita p̄paratio. Sacerdos itaqz celebraturus in p̄paratione circa examinationem et probationem suipsius tenetur deuotionem habere p̄mo modo dictam actualiter. hominis em̄ est preparare animum. De hac deuotione videtur esse intelligenda glosa p̄ma. *Ex hoc. xi. dicens. Indignus est qui non deuota mente accedit ad eucharistiam. Ad deuotionem vero secundo modo dictam actualiter habenda non tenetur. Ille em̄ feruor dilectionis a domino gratuite datur. unde aliquando desideratus dari denegatur. vel datus alicui subtrahitur s̄m q̄ dispositio eius meretur. vel s̄m q̄ saluti sue dominus nouerit expedire. Verum tamen celebraturus tenetur toto conatu illum feruorem desiderare z possibilem diligentiam adhibere. faciendo totum quod in se est vt sibi detur. Nitendo omnem teporem. distractionem z euagationem mentis expellere. z si aliquid huiusmodi occurrat delibere non tenere. hoc em̄ faciendo non censetur indignus. sed sufficienter deuotus accedere. Unde si pro tunc ille feruor ei non datur non debet p̄pter hoc a celebratione abstinere. sed absqz scrupulo celebrare. In ipsa autem celebratione non requiritur de necessitate deuotio actualis p̄mo modo accepta. sed sufficit z etiam requiritur virtualis ex actuali precedente relicta. Licet etiam non requiratur actualis deuotio secundo modo dicta. eo q̄ non est in libera potestate nostra. requirit tamen et sufficit desiderium cum possibili conatu actuali ad acquirendam illam deuotionem. ita q̄ celebrans faciat quod in se est. cor sursum eleuando prout z ipse astantes excitat z hortatur cum dicit. *Sursum corda zc.* Circa quod dicit *Lybanus papa. vt habet de pse. dist. i. ca. q̄n.* Ideo sacerdos p̄fatione p̄missa parat fratrum mentes dicendo. *Sursum corda. vt dum respondet plebs. Nitemus ad dominum. admoneamur nihil se aliud q̄ dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus. z soli deo pateat. nec ad se hostem dei venire patiatur. hec ibi.**

Dubiū

- Sol.** Utrum celebrans debeat stare capite discooperto
Sic. vt habet de conse. dist. i. ca. Nullus. Nisi occurrat rationalis causa cooperiendi. Unde si quis absqz tali causa stat cooperitus grauius peccat. vt habetur eodem canone.
- Sol.** Cum quo debeat fieri ablutio post sumptionem sanguinis.
Cum vino. vt habetur in ca. ex parte. de cele. mis. Cuius ratio inferius in ultimo capitulo reddetur
- xi** Utrum sacerdos post missam inceptam licet possit desistere officium suum non perficendo.